

Nos Spiritus regat tuus,  
Lætus sequatur exitus.

Per Filium, precamur!

Alia Wolfg. Dav. Fehmelii.

**H**eu! quam dolendus est status  
In orbis hæc eremo!

Mox est homo neci datus

Fatô carere nemo,

Potest. In istâ pessimâ

Terra labor per omnia,

Ad vota refluente.

2. Ab! nos Adæ transgressio

Hereditate fecit

Reos, Pater, dexter tuo

Adsis gregi, subegit

Quem cæcitas, incuria

Vita sub hac molestiâ,

Quod maximè dolendum.

3. Tu portus es noster, Deus

Nobis opem ministres,

Semper piorum qui genus

Foves, modò suas res

Mandent tibi, tu nos leva,

Horam mihi piamq; da,

Jesu favente fiat!

CXC. Meinen lieben Gott ergeb ich ic.

Nicolai Hermanni, EX vers. Wolfg. Dav.

Fehmelii.

**S**Um deditus totus Deo,

Quod ille more patriô

Semper mihi se gesserit,

Para-